Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ysaias

fiunt res eius non ostendam eis in
thesauris meis. Et dixit ysaias ad
ezechiam: Audi verbum domini ex
ercituum. Ecce dies venient et auferent
omnia que in domo tua sunt. et q
thesauriziauerunt patres tui usque ad
diem hanc in babylonem. Non re
linquetur quod dicit dominus. et de
filiis tuis qui exibunt de te quos
genuisti tollent. et erunt eunuchi
in palatio regis babylonis. Bonum
est verbum domini quod locutus est. et
dixit. Fiat enim pax et veritas in diebus
meis. Capitulum. xl.

Consolamini consolamini
popule meus. dicit ds tuus.
Loquimini ad cor hierlem.
et advocate eam. quoniam completa est ma
litia eius. dimissa est iniquitas illius.
Suscepit de manu domini duplicia
pro omnibus peccatis suis. Vox cla
mantis in deserto. Parate viam
domini. rectas facite in solitudine
semitas dei nostri. Omnis vallis ex
altabitur. et omnis mons et collis hu
miliabitur. et erunt prava in directa.
et aspera in vias planas. et revela
bitur gloria domini. et videbit om
nis caro pariter quia os domini locutum est.
Vox dicentis. Clama. et dixi. Quid
clamabo. Omnis caro fenum. et
omnis gloria eius quasi flos agri.
Exsiccatum est fenum et cecidit flos.
quia spiritus domini sufflavit in eo. Vere
fenum est populus. Exsiccatum est fenum
et cecidit flos. verbum autem dei nos
tri manet in eternum. Super montem excelsum
ascende tu qui evangelizas sion. ex
alta in fortitudine vocem tuam.
qui evangelizas hierlem. Exalta. noli
timere. Dic civitatibus iuda. Ecce
ds vester. Ecce dominus in fortitudine
veniet. et brachium eius dominabi
tur. Ecce merces eius cum eo. et opus illius coram
eum illo. Sicut pastor gregem suum
pascet. in brachio suo congregabit ag
nos. et in sinu suo levabit. fetas ipse
portabit. Quis mensus est pugillo
aquas. et celos palmo ponderavit.
Quis apprehendit tribus digitis mo
lem terre. et libravit pondere montes.
et colles statera. Quis adiuvit spi
ritum domini. aut cuius consiliarius
eius fuit. et ostendit illi. Cum quo
init consilium. et instruxit eum. et do
cuit eum semitam iustitie. et eru
divit eum scientia. et viam pruden
tie ostendit illi. Ecce gentes quasi
stilla situle. et quasi momentum state
reputate sunt. Ecce insule quasi
pulvis exiguus. et libanus non
sufficiet ad succendendum. et animalia
eius non sufficient ad holocaus
tum. Omnes gentes quasi non sunt
sic sunt coram eo. et quasi nichilum
et vanitas reputate sunt ei. Cui ergo
similem fecistis deum. aut quam
imaginem ponetis ei. Numquid
sculptile conflavit faber. aut aur
fex auro figuravit illud. et lamin
is argenteis argentarius. Fo
det lignum et imputribile elegit ar
tifex sapiens. quaerit quomodo sta
tuat simulacrum qui non moveat.
Numquid non scitis. Numquid non
audistis. Numquid non annuntiatum
est vobis ab initio. Numquid non
intellexistis fundamenta terre. et ha
bitatores eius sicut locusti. qui
extendit velut nichilum celos. et
expandit eos sicut tabernaculum.
ad habitandum. cum dat secretor
sentatores. qui non sunt. in nichi
lum redigit iudicantes terram. Etenim
non plantatio non sata. non
radicatio in terra trunco eorum repen

Et dixit ezechias ad ysaiam.

qui sedet super gyrum terre.